

Carissimo Signor Ispettore,

Per incarico del Rev. mo Sig. D. Albera trasmetto a V. S. la qui trascritta Circolare della S. C. Consistoriale, la cui importanza non infuggirà certo all'occorrenza di V. S. Noi limito quindi semplicemente a pregarla di una risposta sollecita, completa ed esatta. Nel compilarla potrà, occorrendo, farsi aiutare da chi crederà più atto all'uso. Ecco il tenore della detta Circolare:

— « S. Congregatio Consistorialis » —

N. 503
12

Romae, die 7 Januarii 1913.

Rev. me Domine,

Ad notitias colligendas, quae conferre possunt ad curam spiritualem fidelium e loco originis ad externas regiones migrantium, nonnullas interrogationes Paternitati tuae B. mae proponere debeo, et rogo ut iisdem, quum primum fieri poterit, ex ordine satisfacias. — Quaeero itaque:

I^o Utrum adsint in isto Ordine, seu Congregatione, religiose domus aut saltem religiosi viri, uti scilicet, qui speciali modo se devoteant ad opus adstantiae religiose et moralis fidelium qui ab externis locis alterius linguae in locum immigraverint ubi religiosa domus vel religionis vir resideat.

Domus istae et religio recensantur iuxta dioceses, in quibus hi et illae habentur.

II^o Inducitur de singulis: 1^o pro qua immigrantorum stirpe et lingua operam suam impendant; 2^o quibus in locis; 3^o qua methodo, quibus studiis et operibus: a) utrum scilicet religio isti regant parochias quae nationales dicuntur, hoc est pro fidelibus determinatae alius nationis et linguae; an mixtas, quae scilicet constent fidelibus diversarum nationum et linguarum; an alio modo succurrant necessitatibus spiritualibus immigrantorum et quali; b) an verbum Dei praedicent et catechismum peragant, confessiones sacramentales audiant lingua nativa immigrantorum, et ad hunc finem utrum student eorum linguam optime collere.

III^o An propter sacrum ministerium aliis quoque subsidiis religioni isti curent emigratos iuvare e. g. scholis diurnis aut serotinis, patronatibus, collegiis pro pueris aut puellis, hospitibus pro infirmis aut orphanis, circulis seu societatibus, ephemeridibus, aliisque id generis.

IV^o An ex parte istius Ordinis seu Congregationis opportuna opera impendantur instituendis religionis, qui immigrantorum adstantiae destinantur, utrum religantur cum diligentia et doceantur de lingua, moribus et legibus eorum. — An doceantur quoque de insidiis, quae ab haereticis sectariis aut cupidis speculatoribus tenduntur catholicis immigrantibus, ut eos pervertant aut iisdem abutantur; et de modo quo hisce insidiis occurrere valeat. — Denique si quae consilia sunt, quae Paternitati tuae B. mae necessaria aut opportuna videantur in bonum emigrantium vel immigrantorum, sive in generali sive pro aliquo speciali loco, ea proponere ne praetermittas. Grato enim ea suscipiam animo. In Domino vale.

C. Caro. De Lai, Epus Sabinae. Secret. ».

Con il maggiore ossequio mi professo.

Vorino li 23 gennaio 1913

Di V. S. Rev. ma
Des. mo in C. J.